

tero pede vel manu sibi subvenit ut restitueret iterum per devotionem et bonam operationem, ut ad gratiam senioris vestri Domini atis; quia peccantes et non poenitentes filii ut convertantur tolerat, sed non conarius damnat. Sicut etiam in vestra aetate videre potestis, et de vobis, ne similia niant, timere et cavere debetis. Et talem cultum divinum, et sanctam Ecclesiam, ac servos Dei, caeterosque fideles vestros statu manentes, et erga populum vobis amissum exhibete, ut vos diligant, et eos de in spiritali servitio, quam in temporali ubicunque vobis necesse fuerit, debitum n exhibere; et plus vos delectet Christiana cordis humilitas, quam vanae pompae et carnis: quoniam quantislibet molibus auri circumdetur, quibuslibet pretiosis induatur caro, quid est aliud quam caro? tredo, et filius hominis vermis, et pulvis, Non vos tantum delectet per venationes aestias silvestres, quantum pugnare contra reptates, et Dei ac sanctae ipsius Ecclesiae tam corporales, quam spirituales: quia Dominus per Apostolum: *Caro concupiscit spiritum, et spiritus adversus carnem*. Et: *Non est nobis colluctatio adversus*

A *carnem et sanguinem, sed adversus spirituales nequitas* (Ephes. vi, 12). Non vos delectent tantum divitiarum possessionum auri et argenti atque gemmarum, ut inter eos computemini qui idola adorant, quoniam, sicut dicit Apostolus, *Avaritium idolorum servitus est* (Coloss. iii, 5), quantum fides, spes, et charitas, justitia, veritas, et justum iudicium, quae perducunt hominem in eis perseverantem ad aeternum regnum, et angelorum consortium.

B CAP. X. Quae nunc verbis dominationi vestrae dicerem, si corpore praesens adessem, haec litteris suggero: quia de generalibus Ecclesiae ac de regni negotiis, sine generali primorum regni consilio et consensu, speciale dare consilium nescio, et consensum deliberare non valeo, nec praesumo. Propterea mihi iam et aetate et infirmitate ac debilitate attrito, non necesse est a dominatione vestra imponi, ut sine causa laborem, antequam ad placitum vestrum Dei et vestri fideles conveniant, et ego, qualitercunque potuero, favente Domino, sicut praedixi, in Dei et vestrum servitium, et illorum obsequium veniam. Si autem, quod Deus avertat, interim alicujus perturbationis causa evenerit, et mihi notum facere dominationi vestrae placuerit, pro scire et posse, et consilio et auxilio in vestro obsequio fideliter laborabo.

VIII.

AD CAROLUM III IMPERATOREM

Ludovici Balbi sobrini sui filiis regibus idoneos educatores et consiliarios constituat.

(Apud eundem ex eodem.)

C CAROLO imperatori glorioso HINCMARUS ac plebis Dei famulus praesentem et futuram prosperitatem et gloriam. laudabilis fidei vestrae benignitatem erobrini vestri Ludovici, quondam senioris atias Deo retuli, petens ut qui dedit vobis et quae cepistis perficere pro bona voluntate tam per me, quam per familiares et mihi Domini misericordiam oro, ut veritas atque prosperitas in sua voluntate tur, et ut in fide recta et operibus bonis ntem de temporali regno quandoque ad perducatur.

Precamur, Domine charissime, ut reini adjutoris et protectoris vestri regiminis, us Ecclesiam, quam Christus acquisivit suo, sicut et per universum orbem diffund nos in multis collapsam, vestro sapientia potestatis auxilio relevetis, et regni consolidetis, ac primores ipsius compagiuae in hoc regno propter dissensiones peruntur, evelli faciatis, et istos juvenes, reges

nostros, propinquos vestros, et pupillos sine patre loco filiorum teneatis, et eis regnum ab antecessoribus illorum successione dimissum per suggestionem primorum regni hujus disponatis, et qui de primoribus cuique illorum convenient ordinetis. Et si forte fuerint ex nostratibus, qui potius quae suae voluntatis sunt, quam quae ad honorem et defensionem sanctae Ecclesiae, ac ministrorum ejus, et ad regum ac regni pacem et tranquillitatem pertineant, facere velint, sapientia et potestate vestra eos revocate, vel si fuerit necesse comprimite, atque externos adversantes istis vestris filiis, et nobis omnibus vestrae dominationi fidelibus defensionem solatii exhibete, quatenus et apud Deum debitam inde remunerationem, et apud saeculum nomen celebre habeatis.

D CAP. II. Et quia legimus de Alexandro Magno, cujus paedagogus Leonides nomine fuit, quod citatos mores et inhonestum incessum habens in pueritia idem Alexander, ex praefato paedagogo suo eadem accepit vitia, quae adultus in seipso corrigere voluit, et cum omnia regna vicerit, seipsum *in hoc vincere*.

non potest; quoniam, ut quidam sapiens scripsit:

Quod ventri est imbuta recens servabit odorem
Testa dia. (Horat. l. 1, epist. 2).

et de illo Salomonis regis legimus (III Reg. xii); quia relictis senam, et juvenunt usus consilio, magnam partem regni perdidit, et non suo, sed avi sui David merito, parvam partem regni ei Dominus reservavit: istis juvenibus fidelibus filii vestris, regibus nostris, maturos ac prudentes atque sobrios bajulos singulis constituite, qui odèrent avaritiam, et eos verbo et exemplo justitiam diligere doceant, secundum Scripturam dicentem: *Diligite justitiam qui judicatis terram* (Sap. 1, 7), quoniam, *qui diligit iniquitatem, odit animam suam* (Psalm. x, 6).

CAP. III. Doceant eos verbo et exemplo, sanctam Ecclesiam et ministros ejus honorare, dicente Scriptura: *Presbyteris humilia animam tuam; et magnam inclina caput tuum* (Eccli. iv, 7). Quibus Dominus dicit: *Qui vos audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit* (Mat. x, 16). Et: *Honorantes me honorificabo, et qui contemnunt me erunt ignobiles* (I Reg. ii, 36). Doceant eos verbo et exemplo, Ecclesie sancte rectoribus atque ministris debita privilegia, spiritus Dei condita, et totius mundi reverentia consecrata servare, Scriptura docente: *Lex Domini irreprehensibilis, convertens animas, testimonium Domini fidele, sapientiam præstans parvulis* (Psalm. xviii, 8). Et in Evangelio Dominus: *Qui diligit me, mandata mea custodit* (Joan. xiv, 15). Et: *Si diligitis me, mandata mea servate* (I Joan. iv). Et apostolus: *Qui dicit quia diligit Deum, et mandata ejus non custodit, mendax est* (Joan. viii, 47). Et item Dominus in Evangelio contemptoribus mandatorum suorum: *Qui est, inquit, ex Deo, verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis*.

CAP. IV. Doceant eos verbo et exemplo, regni primoribus et cæteris regni fidelibus, atque sancte Ecclesie defensoribus, unicuique in suo ordine competentem legem et justitiam conservare, dicente Scriptura: *Justitia Regis exaltabit solium ejus; et veritas solidabitur gubernaculo populorum* (Prov. 1, 16). Custodiant, et doceant eos castè ac sobriè et pie vivere, quia, sicut dicit Scriptura, *Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fetum, et auferet te a cogitationibus que sunt sine intellectu, et non habitabit in corpore sabdito peccatis* (Sap. 1, 5).

CAP. V. Proponant eis frequenter verba sancti Cypriani, qui regis ministeriam in nono gradu abusionem aperte ostendit, Regem, inquit, non iniquum, sed correctorem iniquorum esse oportet. Unde in semetipso neminis sui dignitatem custodire debet. Nomen enim regis intellectualiter hæc retinet, ut subjectis omnibus rectoris officium procuret. Sed qualiter alios corrigere poterit, qui proprios mores, ne iniqui sint, non corrigit? Justitia vero regis est; neminem injustè per potentiam opprimere, sine acceptione personarum inter vitam et proximum suum judicare, adveniens et

pupillis et viduis defensorem esse, furta colligere, adulteria punire, iniquos non exaltare, impudicos et histiones non nutrire, impios de terra perdere, parridas et perjurantes vivere non sinere, Ecclesias defendere, pauperes elemosynis alere, justos super regni negotia constituere, senes et sapientes et sobrios consiliarios habere, magorum et ariolorum, pythomissarumque superstitionibus non intendere, iracundiam differre, patriam fortiter et justè contra adversarios defendere, per omnia in Deo vivere, prosperitatibus animum non elevare, cuncta ad verè patienter ferre, fidem catholicam in Deum habere, filios suos non sinere impie agere, certis horis orationibus insistere, ante horas congruas cibum non gustare: *Væ enim terræ cuius rex puer est, et cuius principes mane comedunt* (Ecol. x).

Hæc regni prosperitatem in presenti faciunt, et regem ad regna cælestia mellora perducunt. Qui vero secundum hanc legem regnum non dispensat, multas nimiram adversitates imperii tolerabit. Et si rex his que prescripta sunt contraria senserit vel egerit, et in his contrariis perseveraverit, sicut in throno hominum primus constitutus est, sic omnes quoscunque peccatores sub se in presenti habuit supra se modo implacabili in illa futura pena habebit. Et non solum regi, sed et omni qui in dominationis est potestate, tria necessario habere oportet, terrorem scilicet, ordinationem, et amorem. Nisi enim ametur Dominus, et metuatur, ordinatio illius constare minime poterit. Per beneficia ergo et affabilitatem procuret ut diligatur, et per justam vindictam, non proprie injuria sed legis Dei, studeat ut metuatur. Et in his et aliis omnibus princeps semper Deum cogitet, et illi adhæreat: quia, nisi confitori suo pertinaciter adhæserit, et ipse, et omnes qui ei consentiunt, cito deperient. Omnis igitur qui præest hoc primitus tota animi intentione procuret, ut per omnia de Dei adjutorio omnino non dubitet. Si namque coperit in actibus suis auxiliatorem habere Deum, nullus hominum contemptum habere poterit ejus dominatum. Non est enim potestas nisi a Deo. Ipse elevat de stercore egenum, et sedere facit eum principibus populi sui. Depouit potentes de sede, et exaltat humiles.

CAP. VI. Ipsi autem bajuli magnopere providere debent, ne super socios suos se extollat, sed juxta Scripturam dicentem: *Quanto magis eos, humiliatè in omnibus, et coram Deo invenies gratiam* (Sap. 17, 22). Et sicut de Josiada legimus, quia: *Joas Regem puerum elevavit, et unxit in regem* (III Reg. xii, 2), imponens ei diadema, et dante legem in manu ejus, ut secundum illam viveret, et populum regeret, et docuit ipsam juvenem regere usque ad ætatem adultam, de quo scriptum est, quia: *hæc regnavit ipse Joas, quando decessit eum Josiada*. Et sanctus Gregorius (lib. vi, ep. 23) admonet nutritores filiorum imperatoris Græcorum, ut carillio loquantur, que eorum mentes in charitate circumducant, et erga subjectos in mansuetudine conju-

gant, ne si quid edii inter se pueri conceperint, in aperto postea erumpat. Verba, inquiens, nutrimentum, aut lac erunt si bona sunt, aut venenum si mala. Talia ergo in puerilia eis suggerant, quae postmodum ostendant quam bona fuerint, quae a nutrimentum suorum ore auferant.

Cap. VII. Debent etiam providere ne tales illis in familiaritate jungantur, per quorum suggestiones ad iniqua opera, vel ad discordias inter se et illorum subjectos corda illorum pertrahantur, quia scriptum est: *Corrumquat mores homines colloquia mala* (1 Cor. xv, 33). Debent autem illis bajuli eorum persuadere, ut non sint invicem invidentes, invidiam provocantes, sed mutua dilectione conjuncti, et ad-

invicem se adjuvare parati, quae, ut scriptum est, *Frater fratrem adjuvet, et verbo consolantur* (Prov. xviii, 19). Si enim, domine mi rex, hujus regni Ecclesia, et ministri ejus ac populus, haec per vos obtinuerint, quantam mercedem et remunerationem inde apud Deum, et bonum nomen apud saeculum habebitis, ex verbis apostoli pensare potestis, qui dicit: *Qui converti fecerit peccatorem ab errore viae suae, salvabit animam ejus a morte, et operiet multitudinem peccatorum suorum* (Jacob. v, 20). Si ergo apostolus spiritu Dei plenus de uno peccatore convertito tantam remunerationem promittit, colligat sapientia vestra, quantam de tantarum salute ac profectu remunerationem apud Deum habebitis.

IX.

AD PROCERES REGNI, PRO INSTITUTIONE CAROLOMANNI REGIS ET DE ORDINE PALATH (ex Adalardo).

(Apud eundem ex eodem.)

HARCMARUS episcopus ac plebis Dei famulus.

Cap. I. Pro aetate et sacri ordinis antiquitate, posteriores tempore, boni et sapientes viri, rogatis exiguitatem meam, ut qui negotiis ecclesiasticis et palatinis, quando in amplitudine et unitate regni prospere agebantur interfui, et consilia doctrinaeque illorum qui sanctam Ecclesiam in sanctitate et justitia rexerunt, sed et eorum qui soliditatem regni tempore superiore prosperius disposerunt audivi, quoniam magisterio traditionem majorum suorum didici, post obitum etiam domni Ludovici imperatoris, in eorum obsequio, qui pro filiorum ejus tunc temporis regnum nostrorum concordia saeperunt, pro modulo meo frequentibus itineribus, verbis et scriptis laboravi, ad institutionem istius juvenis et moderni regis nostri, et ad reerectionem honoris et pacis Ecclesiae ac regni, ordinem ecclesiasticum, et dispositionem domus regiae in sacro palatio, sicut audivi et vidi demonstram, quatenus in novitate sua ea doctrina imbuatur, ut in regimiae regni Deo placere, et in hoc saeculo feliciter regnare, et de praesenti regno ad aeternum valeat pervenire. Experimento quippe cognoscimus, quia vas novum, quo prius sapore et odore imbutum fuerit, illud in posterum diu retinebit, sicut et quidam sapiens dicit.

Quae semel est imbuta recens servabit odorem
Testa diu. (Horat. l. 1, epist. 2.)

Et legimus (Quintil. l. 1, c. 1) quomodo Alexander in pueritia sua habuit bajulum nomine Leonidem, citatis moribus et incomposito incessu notabilem, quae puer quasi lac adulterinum sugens ab eo sumpsit. Unde in adulta aetate sapiens et rex fortis seipsum reprehendebat, et vitare volebat, sed ut legitur, cum omnia regna vicerit, in hoc seipsum vincere non potuit.

Cap. II. Intelligat igitur dominus rex, ad quod officium est provocatus, et obaudiat commonitionem atque comminationem Regis regum dicentis ei cum aliis regibus: *Et nunc reges, inquit, intelligite, erudimini qui judicatis terram. Servite Domino in timore, et exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, et pereatis de via justa*. Sicut multos hanc commonitionem et comminationem negligentes perisse legimus, audivimus, et etiam nostro tempore scimus. Obaudiat etiam sanctam Scripturam sibi praecipientem: *Biligite justitiam qui judicatis terram. Sentite de Domino in bonitate, et in simplicitate cordis quaerite illum; quia in malivolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis* (Sap. 1, 1).

Cap. III. Ego autem, et pro imposito ministerio, et pro bona et rationabili vestra jussione, aggrediar exsequi quod rogatis, non meo sensu, neque verbis meis, sed ut praemisi majorum traditione, attendens dicentem Dominum ad prophetam: *Tu autem audiens nuntiabis eis ex me* (Ezech. vii, 17). *Ex me, inquit, et non ex te: quia sicut ipse dicit: Qui a semetipso loquitur, gloriam propriam quaerit* (Joan. vii, 18). Sancta Scriptura in omni ordine et professione unicuique administratori praecipit, ut intelligat omnia quae ait: *Quoniam si intelligit administratio quam gerit unde exordium cepit, sollicitus satagit, ut de administrationis talento sibi credito rationem reddaturus, Omnes enim astabimus ante tribunal Christi, ut referat unusquisque quae per corpus gessit, sive bonum, sive malum* (Rom. xiv, 10). Non audiat a justo iudice, quod Dominus in Evangelio serve malo et pigro responsuram se fatetur, sed audire mereatur: *Euge, serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui* (Matth. xxv, 21).